

Constantinus Diogeni regnauit annos quinque. et postea evulsi sunt oculi eius a Michaele, filio iam dicti Dukici.

5

Michael, filius iam dicti Dukici, regnauit annos .vii. postea 10 electus fuit de palatio a Nikiforo Votoniato imperatore.

15 Nikiforus Votoniatus regnauit annos .iii., mensem .i. et electus est de imperio ab Alexio.

20 Alexius vero regnum imperii arripuit anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo, indictione quarta, mense aprilis, die prima, in qua tunc 25 cena Domini celebratur, et regnauit annos ***

30

Romanus^(a) Diogeni regnauit ann. .iii. et mens. .iii. et captus est a paganis Turkis in prelio in Priende^(b), et postmodum evulsi sunt oculi eius a Grecis per consensum^(c) Michaelis imperatoris^(d).

Michael, filiaster eius, filius Constantini Ducas imperatoris^(d), regnauit ann. .vi. et electus est de regno a Nikiforo^(e) Votoniati, et monachico habitu induere eum fecit, et sponsam illius sibi sociavit uxorem habendam.

Nikiforus Votoniati regnauit ann. .iii. et electus est de regno ab Alexio^(f) Cumniano, et monachico habitu eum induere fecit.

Alexius Cumniano suscepit regimen imperii per indictionem quartam mense marci, et regnauit solus ann. .xx. et sociavit sibi Iohannem Porphyrogenitum, filium suum^(g), in regno, et regnaverunt ambo insimul per ann. .xvii. et menses .v.

Mortuus est dominus Alexius imperator in mense augusti, percurrente indictione undecima et anno dominice incarnationis^(h) millesimo centesimo octa-

(a) *Vb* Romano (b) *Vb* Priendem (c) *Vb* consensu (d) *Vb* imperator (e) *Vb* Nikiforus (f) *Vb* alexio (g) *Vb* Iohannes Porphyrogenito filio suo (h) *Vb* Incarnatione